

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lectioes Rectoris, quas primae classis auditoribus per
semestre aestivum A. O. R. MDCCXXXI. explicatae sunt.
Ad eas ergo & ad reliquorum Dominorum Collegarum
lectiones clementissime per que benevolo ...**

Eilers, Wessel

Oldenburgi, MDCCXXXI.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-704225](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-704225)

Lectiones Rectoris,
quas primae clasfis auditoribus
per semestre aestivum

A. O. R. MDCCXXXI. explicatae sunt.

Ad eas ergo & ad reliquorum Do-
minorum Collegarum lectiones
clementissime perque benevole
audiendas

Serenissimus ac longe cle-
mentissimus

Praeses ,

totusque Senatus facer

nec minus ii, qui Scholae nostrae favent ,
submisse invitantur, observanter ,
atque humaniter

a

Wesselio Eilers, Rectore Lev.




OLDENBURGI

Typis J. C. Götjen, Reg. Dan. priv. Typogr.



HHEOLOGIA, ad Dieterici Institutiones suppeditavit
doctrinam De *Leve*, & quidem



acris litt. significationem.
egum
iones & explicationes.
matum & negatum.

ta est.
tributionis in tabulas duas
andi decalogum.
m genuina ex ipsa sacra
a explicatio.

totum suum conspectum
os nobis posuit, ut quae
uno ad spectu cognosca-
logicam iterum in cepti-

onibus 1.) de variis ide-
nticitatis videremur,
um mytheria & indolem
ente & verbo conceptis,
enunciationibus ratione
earum reliquis Affe-
bi de Syllogismorum na-
nto, distributione, mo-
m.

ideis. 2.) in iudiciis. 3.)
n causis, ubi de uber-
maturis fructibus.

pientes, non tamen ne-
n exercitationibus,



THEOLOGIA , ad Dieterici Institutiones suppeditavit
doctrinam De *Lege* , & quidem

- 1) Generaliori. a. vocis variam in sacris litt. significationem.
b. distributionem legum
c. divinarum definitiones & explicationes.
d. usum legum affirmatum & negatum.
- 2) Specialiori , De *Decalogo* , ubi
Summatim a. Definitio explanata est.
b. fundamentum distributionis in tabulas duas
c. regulae interpretandi decalogum.
Sigillatim , decem praeceptorum genuina ex ipsa sacra
scriptura instituta explicatio.

PHILOSOPHIA , Buddeo duce , I. totum suum conspectum
per omnes partes breviter ob oculos nobis posuit, ut quae-
libet eius, quid doceat, disciplina uno ad spectu cognosca-
tur. 2. Speciatim autem in ea *logicam* iterum in ce-
pi- mus , qua egimus

a. de *praecipuis intellectus operationibus* 1) de variis ide-
is , ubi simul, ne contentores antiquitatis videremur ,
praedicamentorum & praedicabilium mysteria & indolem
perlustravimus. 2. de iudiciis mente & verbo conceptis,
ubi etiam de propositionibus s. enunciationibus ratione
quantitatis & qualitatis , & de earum reliquis Affe-
ctionibus. 3. de ratiocinatione, ubi de Syllogismorum na-
tura , figuris , modis , fundamento , distributione , mo-
re tam veterum quam recentiorum.

b. de *vitiis intellectus*. 1.) in ideis. 2.) in iudiciis. 3.)
ratiocinatione, & 4.) de vitiorum causis , ubi de uber-
rima praeciudiciorum segete & immaturis fructibus.

HISTORIARUM cursum iterum incipientes , non tamen ne-
glectis mapparum geographicarum exercitationibus ,

a *prolegomena historica* præmisimus, in quibus historiae definitionem, divisionem, ordinem & res & auctores tractandi, denique eius adminicula suppeditavimus.

b. Hisce absolutis *Historiam fundamentalem* a mundo condito ad Carolum Magnum recensuimus, idque pro more ad Schraderi tabulas chronol. & Gebhardi *Quaestiones*.

LINGUÆ.

1. *Latina*. a) *Curtius* exhibuit librum sextum.
b) *Cicero* Officiorum librum tertium.
c) - Epistolas aliquot.
d) *Muretus* dedit duas orationes, logice & rhetorice evolvendas, quarum *prima* de dignitate & præstantia studii theologici *altera* de laudibus litterarum.
2. *Graeca*, prior epistola ad Corinth. quatuor dedit ultima capita, totamque posteriorem ad Corinth. epistolam, analysi etymologica & Syntactica.
3. *Ebraea*. 1.) dicta legum ad analysin grammaticam. 2.) ad translationem cursoriam ab Exodi decimo capite ad Numeri decimum sextum. Ex quibus tamen ea, quae historica non sunt, in schola nostra propter verborum & styli gravitatem relinquimus. Textus enim historicus, non alius, legendo nos adluvat.

ELOQUENTIA, dedit pro more 1.) sat multa periodum componendarum, variandarum, imitandarum, dilandarumque conamina. 2.) Styli historici & epistolici per singulas hebdomades exercitationes. 3.) ordinarias Chriarum & orationum, tam ligato quam libero sermone conscriptarum, elaborationes; earumque frequentes e cathedra diebus Saturni recitationes. 4.) Iam vero discipulis extra ordinem sententiæ ex officiis Ciceronis elaborandæ iniunctæ sunt.

Sic

Sic e libro 3. officiorum illustrabit dictum Ciceronis
Georgius Albrechtus Kettwig: iniquissimus habendus est is, qui
non modo non repellit, sed etiam adiuvat iniuriam.

Carolus Christianus Ewen: Vir bonus, quibus potest, pro-
dest; nocet nemini.

Carolus Augustus Schemmering: astutiæ tollendæ sunt.

Henricus Guilielmus Schemmering: nihil expedit, quod non
decet, etiamsi id possis nullo refellente obtinere.

Gerhardus Gärtner: videntur quædam honesta, quæ non sunt.

Gerhardus Gerdes: videntur quædam utilia, quæ non sunt.

Fridericus Ohmstede: pervertunt homines ea, quæ sunt fun-
damenta naturæ, cum utilitatem ab honestate seiungunt.

Ulricus Fassen: ius iurandum tenendum est.

Gerhardus Popcken: virtutis proprium est, omnia humana
despicere.

Ioannes Fridericus Toepcken: non cadit in virum bonum men-
tiri commodi sui causa.

Hermannus Christophorus Berlage: in virum bon. non cadit
criminari.

Ioachimus Christophorus Wetzel: - - - - - præripere.

Ioannes Henricus Grashorn: in virum bon. non cadit fallere.

Liborius Armster: nulla restanta est, quantum viri boni nomen.

Gerriet Müller: qui sint boni, & quid sit bene agier,
magna quæstio est.

Georgius Fridericus Pestel: virum bonum esse, semper est utile.

Dietericus Wilhelmus Vietor: nunquam utile est peccare.

Dietericus Ludovicus Goedecken: inter bonos bene.

N. 1. Quædam sententiæ inter discipulos distributæ con-
venire, & unam eandemque habere significationem, ei, qui at-
tendit, facillime videntur; hoc tamen non imprudenter fa-
ctum a præceptore, sed ut eo rectius auditores de diversis
discipulorum viribus iudicent, benevolus lector sciat. Non
enim ego, sed suam quisque discipulorum fecit dispositionem
& elocutionem.

2. Hæc ipsa lectionum summa paucioribus, quam antea,
in lucem paginis emittitur, ut schola pauciores, id enim volunt
Scholarchæ, habeat typorum sumtus.